Cùm notoriæ dicantur nullitates, quæ ex ipſis actis apparent;

Alexand. *Conſ. 59. n. 18. lib. 4.*

Petrus de Benintendis *Deciſ. Bononienſ. 49. n. 14.*

& propterea in dubium vocari non poſſunt,

Vultej. *Conſ. Marp. 22. n. 86. vol. 3.*

adeò ut etiam poſt 30. annos opponi valeant,

Cacheran. *Conſ. 13. n. 12.*

cumprimis cùm tales hoc loco deprehendantur, quæ tum ipſa cauſæ merita, tum etiam ſubſtantialia proceſſus concernunt, & eapropter nullitatum inſanabilium numerum plus quàm manifeſtè adimplent, juxta

Receſs. Imp. *de Anno 1654. §. 122.*

RATIONES DECIDENDI.

20. DAß aber dergleichen Nullitates allhier vorkom̃en/ machen die ex verâ juris analogiâ hergeholte und dieſem modo procedendi applicirte Momenta allerdings beglaubt und unzweiffelhafft; dann ob gleich 1.) die Herren S. dero Zeit ihre von vielen Seculis her genoſſene Zoll-Befreyung gegen die damahlige Turbation angezogen / ſo iſt doch ſolches gar nicht attendiret / weniger ob ſichs in der That alſo verhalte / examiniret / am allerwenigſten aber / was zu Behauptung einer rechtmäßigen Poſſeſſion und Abwendung der dagegen ausgeübten Turbation denen Rechten nach dienſam und anreichig / vorgenommen und mitgetheilet / ſondern vielmehr prætermiſsâ cauſæ cognitione & diſceptatione ein Mandatum pœnale gegen ſie erkannt / und mittelſt dieſes ihrer hergebrachten Zoll-Befreyung ſehr nachgetretten worden. Tum enim cauſæ cognitio omiſſa cenſetur, quando negotii nec veritas nec juſtitia examinatur, & nihil eorum, quæ tum ad intentionem actoris tum ad defenſionem rei afferuntur, tangitur & perſpicitur;

L. 9. ubi Dd. C. de judic.

adeò ut quamvis judex dixerit ſe eam interpoſuiſſe, tamen non præſumatur, ſed exactè probari debeat, ceu notanter tradit

Weſenb. *Conſ. 166. n. 19. part. 4.*

21. Nun iſt aber ohnſtreitig / daß da ſich dergleichen Cognition in Actis nicht zeiget / das erlaſſene Mandatum nimmermehr ſalviret werden könne / cùm ſententia ſine cauſæ cognitione lata ſit ipſo jure nulla;

L. 7. C. de ſentent. & interloc.
L. 5. C. commin. vel epiſtol.

& mandatum eodem modo datum vim rei judicatæ non habeat;

Mevius *part. 7. deciſ. 292. n. 1.*
Curtius Junior *Conſ. 124. n. 14.*

imò

imò ne ſententia quidem decretum vel mandatum dici meretur;

Weſenb. *Conſ. 132. n. 10.*

cùm major nullitas haud committatur, quàm quæ naſcitur ex cauſæ cognitione prætermiſsâ;

Carpzov. *part. 2. deciſ. 83. n. 10.*

non enim ad Judicii tantummodò ſolennitatem, verum etiam naturalis juſtitiæ conſervationem requiritur, eâque de causâ à Canoniſtis ceu præſcriptum Juris divini reputatur,

Abbas *in cap. 1. X. de cauſ. poſſ. & propr.*

Felinus *in cap. Eccleſia. verſ. ſecundò nota. X. de conſtitut.*

nemine quippe de eo judicare valente, de quo non antea cognitionem inſtituit,

Carpzov. *Juriſpr. Eccleſ. lib. 2. def. 302. n. 8.*

Unde ſi defectus hic proceſſus ſubſtantialis deprehenditur, is tanti eſt momenti, ut ſententia per Judicem appellationis reformari non poſſit, ſed duntaxat nulla pronunciari debeat;

Fichard. *Conſ. 58. n. 12. tom. 1.*

Neque hæc ſaltem pertinent ad ſententiam taliter latam in genere, verum etiam ad eam, quæ circa poſſeſſionem pronunciata, cùm etiam ſine cauſæ cognitione nemini poſſeſſio auferri debeat;

L. ult. C. de rei vindic.

cap. 7. ubi Panormitan. X. de reſtit. ſpoliat.

Sixtin. *Conſil. Marpurg. 9. n. 115. vol. 1.*

Brunnemann. *Conſ. 157. n. 7.*

ſive verſemur in petitorio, ſive in poſſeſſorio, ut ampliat, & plura hanc in rem cumulat

Weſenb. *Conſ. 9. n. 32. part. 1.*

Ubi ſingulariter notandum non ſufficere pro cauſæ cognitione, citari poſſeſſorem & cauſam poſſeſſionis ab illo exigi, ſed neceſſe ſit, cur deſiſtere vel dejici debeat proponi, ſuper eo audiri, defenſio-

fenſiones ejus admitti & ordinatè procedi, ceu accommodatiſſimè monet & decidit

Mevius *part. 8. deciſ. 386. n. 4.*

quæ verò requiſita hîc non eſſe adhibita evidentia actorum ſatis comprobat;

22. Aus dieſer Nullität iſt auch 2.) eine andere entſtanden / daß der Judex à quo zu erwähntem Mandato pœnali geeilet / und dardurch Behinderung gethan / daß die Herren S. ihren angegebenen langwürigen Beſitz zu erweiſen / keine Zeit und Gelegenheit übrig behalten / ut enim probatio ſemper ſit in ſalvo, Judex curam habere debet;

cap. 5. X. ut lit. non conteſt.

eâque de cauſa neceſſitatem probandi injungere non verò citò ad ſententiam ſine eâ properare convenit, ceu benè monet

Mevius *part. 2. deciſ. 97. n. 3.*

cum omnia à Judice, quæ coram ſe acta ſunt, diligenter conſideranda, ex his omnibus animus informandus, & ſecundum ea ſententia ſit ferenda;

cap. 14. X. de ſentent. & re judic.

Cravetta *Conſil. 207. n. 9.*

Unde ſententiam ſine probatione latam oppidò nullam pronunciat,

Mevius *part. 1. deciſ. 119. n. 7.*

cum partem Judicii ſubſtantialem punctum probationis conſtituere multis ſit perſuaſum, ceu videre eſt apud

Vantium *tract. de Nullitat. Rubric. ex defect. proceſſ. n. 37. & ſeqq.*

ne enim ex ejus defectu veritas occultetur, & graviſſima parti injuria inferatur, publica utilitas expoſtulat,

Mevius *part. 1. deciſ. 51. n. 13. & part. 3. deciſ. 208. n. 6.*

Hier-

Hierbey bleibt es aber nicht / ſondern man muß 3.) ob dem ſo 23
ſchleunig verhängten Pœnal-Verbott auch dieſes vernehmen / daß bey dem vielfältigen hundert-jährigen Zeit-Verlauff kein behöriges Anſehen gehabt / und der jenige Nachdruck / welchen die Rechte ſelbigem beylegen / in genugſame Obacht genommen worden ſeye / Geſtalt derſelbe nicht allein auf eine bloſe Poſſeſſion ankombt / ſondern auch mit einer ſolchen Authorität vinculiret iſt / als das jenige / was unverbrüchlich und als eine ſtätige Richtſchnur zu halten fürgeſchrieben / oder auch als eine beſonders gegönnete Freyheit mitgetheilet worden / præterquam enim quod poſſeſſio ſemper præſumatur eſſe juſta & jure occupata,

Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſ. 69.*
Corneus *Conſ. 185. in fin. vol. 1.*

nec non orta ex titulo præambulo;

L. 76. de R. V.

Cùm initium poſſeſſionis à primâ causâ inſpici debeat, & ex cauſis originalibus reguletur effectus;

L. 6. pr. de acq. vel amitt. poſſeſſ.
Zaſius *Conſ. 14. n. 48. lib. 1.*

Ita ut non alieno, ſed ſuo quisque jure poſſidere cenſeatur;

Maſcard. *de Probat. concl. 1179. n. 1.*
Menoch. *lib. 6. præſumpt. 68.*

eâque de causâ poſſeſſionem habere magni ſit præjudicii;

§. 3. Inſt. de Interdict.

cumprimis cùm poſſeſſoris partes ſemper ſint potiores, & in dubio pro eo ſit pronunciandum, cum ex poſſeſſione dominium præſumi ſoleat, ceu multis probat & ampliat

Sixtin. *Conſ. Marp. Conſ. 8. n. 90. & 91. vol. 3.*

Sanè temporis antiquiſſimi & immemorialis maximus eſt effectus dum vim privilegii pacti & tituli ſpecialis habet;

Pariſius *Conſ. 27. n. 33. vol. 1.*

Cravett.

Cravetta *Conſ. 592. n. 102.*
Menoch. *lib. 3. præſ. 131. n. 45.*

publico ac ſolenni Inſtrumento æquiparatur;

Matth. de Afflict. *deciſ. 239. in fin.*

Omnis actionis eſt excluſivum & peremptorium;

L. 3. C. de præſcr. 30. vel 40. annor. cap. 26. verſ. præterea. X. de Privileg.

juriſque reſiſtentiam tollit & præcidit;

Cacheran. *Conſ. 34. n. 45.*
Bertrand. *Conſ. 314. part. 1. vol. 2.*

Quæ omnia uno quaſi conſpectu repræſentarunt Ulpianus & Paulus, dum legalis ſuffragii Schemata hiſce verbis reliquerunt: Vetuſtatem vicem legis tenere, & pro Lege haberi

in L. 1. §. ult. & L. 2. princ. de aq. & aq. pluv. accend. action.

Unde alia enata brocardica, non minus notatu digna, quod tanta vetuſtas idem poſſit & valeat, quantum Imperator cum causâ, ut Andream de Iſerniâ dixiſſe refert;

Sixtin. *Conſ. Marp. 11. n. 32. vol. 3.*

quodque nulla potentior & melior extet interpretatio quàm quæ vetuſtatis munita eſt præſidio;

Feltmann. *ad L. 37. de legib.*

Uſum poriſmatum horum notabilem, & propoſito huic convenientiſſimum monſtrat

Garratus *Conſil. 38. n. 7. & ſeqq.*

dum ita ſcribit: Nobiles iſti nunquam ſolverunt aliqua onera reſpectu rerum ſuarum, ergò perinde eſt, ac ſi haberent privilegium immunitatis à Principe, cùm tempus, cujus initii memoria non exiſtit, parificetur Privilegio Principis, & propterea ſunt immunes & exempti ab expenſis & oneribus reſpectu rerum ſuarum;

Da

Da nun offenbahr bekandt / quod ea, quæ contra Leges fiunt, ſint ipſo jure nulla, omnique effectu deſtituantur;

L. 5. C. de LL.
L. 19. de Appellat.

ſo iſt kein Zweiffel / daß auch hieraus eine abermahlige Handgreiffliche Nullität entſtanden ſeye / da contra tot ſeculorum decurſum & vetuſtatis Privilegium pronunciiret / mithin eine daher erwachſene rechtmäßige und untadelhaffte Poſſeſſion angefochten worden;

arg. *L. 32. de LL.*
Pariſius *Conſ. 13. n. 18. lib. 1.*
Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 801. n. 11. & 12.*

Woran 4.) deſtoweniger zu zweifflen / da auch die Herren S. 24.
ſich dazumal auf ihr uraltes / von weyland Käyſer Ludwig erhaltenes und einem von denen Anfahren dieſes Preißwürdigen Geſchlechts ob ſingularia benè merita ertheiltes Privilegium ſich bezogen / gleichwol aber eine widrige / und dieſem Käyſerlichen Privilegio entgegen lauffende Pœnal-Beſcheid / gegen ſich ergehen laſſen müſſen. So ſehr nun auf unbeweglichen Fuß ſtehet / quòd privilegium ſpeciem Legis conſtituat;

L. 16. de LL.
Surdus *Conſil. 419. n. 21.*
Menoch. *Conſ. 229. n. 24. vol. 3.*

Imò illud, quòd ob benè merita collatum, inſtar compenſationis & permutationis habeatur,

L. 25. §. 11. de hered. petit.

nullique revocationi ſubjaceat;

Pruckmann. *Conſ. 39. n. 51.*
Tapia *Comment. ad L. 3. de Conſtit. Princip. part. 2. cap. 9. n. 6. & ſeqq.*

ſo ſehr wird auch einem jedweden einleuchten / wie gar nulliter verfahren worden ſeye / daß ein Verbott dagegen anzulegen Judex à quo ſich unter-

unternommen; Sanè enim privilegia per ſuperiores conceſſa per inferiores infringi haud debere, Canonum ſanctione edocemur, in

can. 8. cauſ. 9. quæſt. 8.
can. 35. cauſ. 12. quæſt. 2.
can. 17. cauſ. 25. quæſt. 2.

25. Gleicher Geſtalt ſeynd 5.) dem Judici à quo die zwiſchen denen Herren L. zu H. und denen ſämtlichen Herren S. nach und nach errichtete Verträge / auch daß Krafft deren dieſen ihre hergebrachte und von alten Zeiten her in unverruckter Obſervanz erhaltene Recht und Gerechtigkeiten Sorgfältig beybehalten und kräfftig ſtabiliret worden/ mehr als überflüßig bekandt / und da er dannoch durch ſeinen *Pœnal*-Beſcheid dieſen einen ſo ſtarcken Abbruch zu thun ſich in Sinn gezogen/ wer mercket hierbey nicht abermahl eine intolerable und allzugroſſe Nullität? Maxima ſanè & inſanabilis nullitas eſt juri per Pacta & Transactiones, cumprimis cum ſuperioribus initas, firmato & quæſito contrariam ſententiam ferre, ejusque vigori, obſervantiæ & effectui hoc ipſo detrahere;

§. ult. Inſt. de his qui ſui vel alieni jur. ſunt.
Vantius *tract. de Nullit. rubric. quis poſſit dicere. de Nullit. n. 15. & 103.*

cùm vel ipſa prima juris præcepta in tuendis iis, quæ omni curâ ac providentiâ ſunt erecta, comprobata & ſtabilita, exactam ſollicitudinem ponant; horumque obſervantiam omnibus cumprimis verò Judicibus inculcent;

§. 3. Inſt. de Juſt. & Jure.
L. 10. §. 1. eod.

Eaque nullitas tantò major efficitur, quò transactiones hæ cum Principibus initæ, cùm exploratum ſit, contractus Principum pro lege reputari,

L. pen. C. de donat. int. vir. & uxor.
Gail. 2. *obſerv. 127. n. 8.*

cum-

cumprimis quò omnia deliberatè, & prout convenit, nec niſi ex juſtitiâ facere præſumuntur;

Cravetta *Conſ. 168. n. 9.*
Sixtin. *Conſ. Marp. 14. n. 51. vol. 2.*
Maſcard. *de Probat. concl. 1227. n. 21.*

Indem ferner und zum 6.) à Judice à quo ordo juris nicht in acht genommen / das Poſſeſſorium allerdings præteriret / das Haupt-Werck ſelbſten angegriffen / und der bißherigen Zoll-Freyheit künfftig nicht zu genieſen / mandatum pœnale erkandt / und dergeſtalt ab executione der Anfang gemacht worden / ſo zeiget ſich wiederum palpabiliter nullitas inſanabilis, ordo ſiquidem in judiciis haud negligi & confundi, quin potius accuratè obſervari debet; 26.

cap. 19. X. de ſentent. & re judic.

Cauſa quippe poſſeſſionis cum lite proprietatis nil commune habente,

L. 12. §. 1. de acq. vel amitt. poſſeſſ.

adeò ut illa prius ſtabiliri & examinari, ac tum demum ad hanc deveniri debeat;

L. 3. eod.
L. 9. C. de Interdict.

Præprimis verò manifeſtum eſt, prætermiſſo ordine judiciario, ſi fiat executio, proceſſum ipſo jure nullum eſſe;

L. 1. C. de Execut. rei judic.

cum judiciorum more & ordine ſolito experiri oporteat, aliàs enim nullitas manifeſta inducitur,

Mevius *part. 1. deciſ. 66. n. 1.*

Unde ejusmodi executionem revocari debere, non obſcurè innuit Ulpianus in

L. 58. de re judic.
add. Baldus *in L. ſi pacto. C. de Pact.*

Et nominatim ac in ſpecie, quando ratione onerum quorundam abſque cauſæ cognitione facta eſt executio, tum ſtatim inprimis & ante omnia eam reſtituendam eſſe firmat

Plotus *in not. ad dictum Conſil. Garat. 38. n. 13.*

27. Wie hat auch 7.) und zum Beſchluß die Execution auf eine gewiſſe Straff ausgeſtellet werden können / da die S. Familie ſo viele Secula hierdurch die Zoll-Befreyung genoſſen / ſolche auf ihre Nachkommen continuâ ſerie fortgeführet / ohne jemands Widerrede Eintrag und Anſprach gebrauchet / nicht weniger dieſelbige mit Kayſerl. und Fürſtlichen Immunitäten verwahret und begleitet iſt? Sane cum pœna ſine fraude eſſe non poſſit, ceſſante dolo de pœnâ tractari inconveniens eſt;

Bartol. *in L. 1. §. non autem. ſi quis teſtam. lib. eſſe juſſ.*
Alexand. *Conſil. 177. verſ. & pro hoc pater. lib. 5.*
Conſil. Argent. 41. n. 15. part. 1.

Ceſſare autem dolum, ſole clarius apparet, quia Domini Appellantes verſantur in bonâ fide,

Menoch. *de Præſ. lib. 3. præſ. 130. n. 11.*
Brunnemann. *Conſ. 131. n. 286. & ſeq.*

multitudinem ſeculorum pro ſe habent,

Cap. 26. §. præterea. X. de V. S.
Mynſing. *Conſil. 48. n. 12.*

immunitatem eorum continua obſervantia declarat & comprobat;

Natta *Conſ. 406. n. 28.*
Sylvanus *Conſil. 66. n. 20.*

eam ſemper publicè & nemine contradicente exercuerunt,

L. ult. de rit. nupt.
L. 7. C. de teſtament.

jus à majoribus acquiſitum, ſollicitè conſervare intendunt;

L. 25. de LL.
Weſenb. *Conſ. 1. n. 30. part. 1.*

&

& Privilegio Cæſareo nec non Pactis & Transactionibus cum Sereniſſimâ Domo H. initis, ceu jurium ipſorum confirmatoriis, nitantur;

L. ult. C. vectigal. nova &c.
L. 7. §. 7. de Pact.
L. 5. L. 39. C. de Transact.
L. 2. C. de condict. indeb.

Ut jam protriti poriſmatis mentionem prætereamus, dolum nunquam præſumi, ab eoque cauſam quamlibet etiam temerariam ac beſtialem excuſare;

L. 51. pro ſocio.
Tabor. Barboſ. *locuplet. lib. 4. c. 44. axiom. 3. & 4.*

Aus welchem allen ſich von ſelbſten offenbar ergiebet / daß der à Judice à quo im Jahr 1699. ertheilte abermalige Beſcheid keines Weges confirmatoria genennet werden könne / cùm id, quod nullum eſt, confirmari nequeat;

Cap. 6. X. de conceſſ. præb.
L. 24. rem rat. hab.

Confirmatio enim nil quicquam operatur circa illud, quod ab initio eſt inutile,

Dynus *in cap. non firmatur. de R. J. in 6to.*

eò quòd confirmatio ſit acceſſorium confirmati, quo irritato & illud nullum intelligi conſtat;

L. 178. de R. J.
Vultej. *Conſ. Marp. 16. n. 32. vol. 1.*

Vielmehr iſt es an deme / daß auch dieſe vermeynte Conformatoria auf eben die jenige Nullitäten / ſo den vorigen vernichten / verfalle / und mit ſelbigem als null und nichtig declariret werden müſſe / bevorab da auch ad pœnam dupli dardurch nullo Jure verfahren worden.

Und daß dieſe ſo eintringliche / offenbahre und unheilbare Nullitäten das Hochfürſtliche Hochlöbliche Judicium Appellatorium allbereits

bereits wahrgenommen / und vor verwerfflich gehalten / erhellet dahero unwiderſprechlich / weil allſchon den 16.ten Jan. Jahrs 1701. dem Procuratore Fiſci, die Haupt-Sache mit vorzubringen auferleget / zumahl da auch die Succumbenz-Gelder von denen Herren Appellanten forters erleget und richtig gemacht worden. Ja was noch mehr und ſonderlich bemerckſam iſt / da nachdem von Ihrer Hochfürſtl. Durchl. denen Herren Appellanten ertheilten Reſtitutions-Reſcript ſub lit. C. dem Procuratore Fiſci zu M. zu communiciren / und in der Haupt-Sache / wozu auch Terminus angeſetzet worden / ſich ferner einzulaſſen / wie ob deme den 23.ten Auguſti dieſes Jahrs publicirten Ober-Appellations-Beſcheid literaliter ſich ergiebet. Eo ipſo enim quo Judex appellationis ad ulteriora progreditur, & appellato intromiſſionem in cauſam principalem per decretum injungit, exceptiones deſertæ appellationis & factæ renunciationis rejeciſſe cenſetur

Ruin. *Conſil. 61. n. 36. vol. 5.*
Aretin. *Conſil. 107. n. 2.*

eaque de cauſa iis amplius appellato uti non licet.

Pruckmann. *Conſ. 42. n. 10. vol. 1.*

CONSI-

CONSILIUM ſeu RESPONSUM XVII.

An deſertâ Appellatione executio Sententiæ fieri poſſit, tametſi in integrum reſtitutio petita & in ſententiâ reſervata fuerit?

Ob bey verſäumter Appellation die Execution des Urtheils zu vollziehen/obſchon der appellirende Theil dargegen Reſtitution geſucht/ ſolche auch in dem Urtheil vorbehalten worden?

SUMMARIA.

1. *Petitâ reſtitutione in integrum ſufflaminatur executio, tametſi hæc altiorem indaginem expoſcat, quod ampliatur.*
2. *Quando propterea reſtitutio poſtulata, quòd non facta ſit probatio, tùm eâ pendente executio haudquaquam impediri ſolet.*
3. *Impedimentum alleganti onus probandi incumbit.*
4. *Fruſtra impeditus dicitur, qui de facili impedimentum removere potuit.*
5. *Et impedimentum duntaxat indeclinabile attenditur, ac quodnam tale ſit?*
6. *Deficiente læſione curſus executionis haudquaquam ſiſti poteſt.*
7. *Calumnioſa petitio reſtitutionis in integrum ad effectum ſuſpenſivum minimè conducit.*
8. *Contra rem judicatam reſtitutio locum non invenit.*
9. *Utrum reſtitutio contra ſententiam an verò executionem petatur, diſtinguitur.*
10. *Villis & pagis quatenus reſtitutio concedatur?*
11. *Quænam cautio à petente reſtitutionem in integrum præſtari debeat?*
12. *Cautio quatenus res fragilis dicatur? hancq; ab appellato contra reſtitutionem ab appellante calumnioſè petitam cur Judex etiam hoc non audito admittere poſſit?*

QVÆ-

QVAESTIO.

An deſertâ appellatione executio ſententiæ fieri poſſit, tametſi in integrum reſtitutio petita, & in ſententiâ reſervata fuerit?

RESPONSUM.

1. Wies wohl an deme / quod petita reſtitutione in integrum ſufflaminetur executio,

L. unic. C. in integr. reſtit. poſtul. &c.

tametſi hæc ulteriorem indaginem expoſcat;

Richter. *ad L. 32. C. de transact. n. 42.*

cumprimis quando à Judice in ſententiâ expreſsè reſervata;

Lancellot. *tr. de Attent. p. 2. c. 18. n. 22.*

reſervatione quippe jus reſervatum in tuto collocante;

cap. 43. in fin. de Elect. in 6to.

Eò magis, quò Advocati abſentia, quæ inſinuationi ritè haud peractæ anſam præbuerit, allegetur, in legibus verò pro juſtâ reſtitutionis causâ reputetur;

Sfortia Oddus *tr. de Reſtit. in integr. part. 1. quæſt. 8. n. 28. & ſeqq.*

2. Alldieweil jedoch 1.) ob dem d. 22.ten Mart. dieſes Jahrs beym Hochfürſtl. Ober-Appellations-Gericht zu C. ergangenem Beſcheid ſich klar ergiebet / daß der Appellantiſche Theil die ihme Krafft eines den 30.ten Sept. nächſt vorigen Jahrs zu erweiſen auferlegte Inſinuation nicht beſcheinen können / und deswegen zum Remedio Reſtitutionis ſeine Zuflucht zu nehmen ſich in Sinn ziehen wollen / worzu aber bey ſothanen Umbſtand zu gelangen nicht thunlich / quando enim propterea reſtitutio poſtulata, quòd non facta ſit probatio tum ea pendente executio haudquaquam impediri ſolet,

Lancellot. *dict. loc. n. 134.*

Das

Das angezogene Impedimentum auch 2.) der Gebühr dargethan 3.
zu ſeyn keine Nachricht zu befinden / impedimentum ſiquidem allegranti onus probandi incumbere in confeſſo eſt,

L. 19. §. 1. de probat.

Baldus *in L. 2. C. ex quib. cauſ. major.*

Nebſt deme 3.) daſſelbe ſo beſchaffen / daß man durch zeitige / 4.
und Ordnungs-mäßige Veranſtaltung der Inſinuation, und ehe der Anwald ſeine Reyſe angetretten / ſelbiges verhindern und aus dem Weg raumen können / fruſtra autem impeditus dicitur qui de facili impedimentum removere potuit;

L. 174. de R. J.

Abbas *in cap. ult. X. de Elect.*

potuiſſe enim impedimentum tollere, & quem non fuiſſe impeditum, paria exiſtimantur,

Pacian. *de Probat. lib. 2. cap. 47. n. 10.*

Pariſius *Conſil. 44. n. 2. vol. 1.*

Mehrers 4.) anerwogen / quòd impedimentum duntaxat inde- 5.
clinabile, ſive tale, quod non ſciverit fieri, quod fieri debuit, attendatur, ceu pertinenter & eruditè loquitur

Mevius *part. 8. deciſ. 288. verſ. Deinde.*

Bey ſothaner Bewandtnus 5.) zumahl keine Læſio, tanquam 6.
juſta impetrandi reſtitutionem cauſa, gezeiget und vorgeſchirmet werden kan / ſine quâ tamen curſus executionis haudquaquam ſiſti poteſt & debet;

Cacheran. *deciſ. Pedemont. 157. n. 8.*

Mithin 6.) die Appellanten à calumnioſa remedii hujus peti- 7.
tione ſich keines Weges los würcken können / hanc autem ad effectum ſuſpenſivum minimè conducere explorati juris eſt,

Covarruv. *pract. quæſt. cap. 25. n. 7.*

Mynſ. *cent. 1. Obſ. 84.*

Pp Aller-

8. Allermeiſt da auch 7.) ob denen den 14.ten Maji dieſes Jahrs erlaſſenen Remiſſorialien erhellet / es ſeye der in dieſer Sachen vormals ergangene Beſcheid in rem judicatam erwachſen / tanto major autem calumniæ præſumptio contra eum, qui petit reſtitutionem, militat, quando res judicata adeſt, utpote contra quam reſtitutio locum prorſus non invenit,

Faber. *C. lib. 1. tit. 3. def. 1.*
Lancellot. *add. loc. n. 69. & 70.*

9. Dannenhero da 8.) auf ſothanes Judicatum die Execution laut berührter Remiſſorialien erkannt / umb ſo weniger mit der gebettenen Reſtitution fortzukommen ſtehet / cum multum interſit, utrum reſtitutio contra ſententiam, an verò executionem petatur, ita ut poſteriori caſu illâ non attentâ, ſine vitio attendati executio perficiatur, doctè cum Lancelloto decidente

Mevio *part. 7. deciſ. 57. n. 1.*

10. Eben wenig auch 9.) und Letztens die Appellanten mit denen Juribus minorum ſich zu behelffen vermögen / Geſtalten anjetzo nicht zu gedencken / daß dergleichen villis & pagis Reſtitutio anderer Geſtalt nicht angedeyhen könne / quàm ſi adſint pupilli vel minores, qui capita ſuæ familiæ extent, & quilibet eorum pro ſuo intereſſe interveniat, ceu tradit

Oddus *dict. tract. p. 1. q. 3. art. 11. n. 71. fin.*

ſo iſt dißfalls ein groſſer Unterſcheid zu halten / utrum reſtitutionem petant propter impedimentum aliquod, an vero eam ob cauſam, quòd ex contractu læſi fuerint; Illo caſu tanquam majores, hoc verò demum ceu minores reſtituuntur;

Lauterbach. *ad Pandect. tit. de minor. §. 38.*

Da nun das an Seiten der Appellanten angeführte Impedimentum ſo gethan / daß ſolches nulli ex majoribus zu gut kommen kan / wie n. 2. & ſeqq. gezeiget worden / auch mehrers bekräfftiget

Mevius *part. 7. deciſ. 57. n. 5.*

So

So wird auch ſolches der Appellantiſchen Gemeinde zu Erreichung ihres Intents keinen Vorſchub thun können.

Als iſt dieſem allem nach kein Zweiffel / daß die allbereits erkandte 11.
und zu vollſtrecken demandirte Execution ihren ungehinderten Lauff habe und behalten müſſe / bevorab da Pars appellata zu der in hoc paſſu üblichen und in Rechten gegründeten Caution ſich anerbietig gemacht / nicht weniger auch Innhalts-berührter Remiſſorialien darzu verſtattet worden /

cap. 6. X. de in integr. reſtit.

woran die dagegen appellantiſcher Seits obmovirte dubia keine Hinde- 12.
rung thun / indeme cautio res fragilis allein reſpectu perſonarum fidejubentium, quæ tantum ſecuritatem, ut pignora, non præſtent, geachtet wird in

L. 25. de R. J.

quod verò eadem nonniſi parte alterâ auditâ recipi debeat, reſpicit caſum prorſus alienum, nempe cautionis ab actore de refundendis expenſis nec non reconventione præſtandæ, ſuper quâ reus evitandi periculi causâ meritò audiri debet: ut apparet ex adducto Mevio.

Aſt verò hoc loco agitur de cautione ab Appellato contra reſtitutionem ab Appellante calumnioſè petitam oblatâ, quam Judex, etiam hoc non audito, eâ de causâ admittere poteſt, quia ſufficit, rem controverſam ab Appellato poſſideri, ex eâque parti appellanti eventualiter ſatisfieri poſſe;

L. 15. §. pen. qui ſatisd. cogantur.

quâ de causâ prætextus etiam periculi & durioris conditionis alioquin evenientis prorſus eſt vanus, ne minimum ſiquidem incommodum ex certa poſſeſſione pertimeſcendum,

dict. L. 15. princ.

denique aliud eſt appellatione ritè interpoſitâ nihil innovandum, aliud verò ea deſertâ & reſtitutione per calumniam petitâ executionem præviâ cautione decernendam eſſe, illud, ſi fiat, inducit

vitium attentati, haudquaquam verò hoc utpote aperto jure radicatum, & triturâ forenſi ubivis comprobatum,

dict. cap. 6. de in integr. reſtit.
Finckelthauſ. *Obſ. 160. n. 4. & ſeqq.*

quò & pertinet theorica, non eſſe indulgendam reſtitutionem, quoties apparet de meliori jure ejus, contra quem petitur;

cap. 5. X. de cauſ. propr. & poſſeſſ.
Brunnemann. *Conſ. 10. n. 128.*

CONSILIUM ſeu RESPONSUM *XVIII.*

De connexitate cauſarum nec non nullitate ex defectu jurisdictionis proveniente.

An ad Judicem, qui ſuper nullitate cognoſcit cauſa etiam principalis devolvatur?

Utrum deſertâ Appellatione etiam nullitas deſerta cenſeatur, & Appellationis atque nullitatis remedia cumulari poſſint?

Von der connexitate cauſarum und wegen ermangelter Bottmäßigkeit entſtehender Nullität.

Ob dem jenigen Richter / ſo die Nullität unterſucht / auch die Hauptſach zuerörtern zukomme?

Ob / wann die Appellation deſert, hierdurch auch die Nullitäts-Klag deſert worden / auch jene mit dieſer zugleich vorſtellig gemacht werden könne?

SUMMARIA.

1. *Deſertâ appellatione etiam nullitas deſerta cenſetur.*
2. *Connexa quænam dicantur? Illorum idem eſt judicium, cumprimis quando connexitas non remota ſed proxima concurrit.*
3. *Nullitas ex defectu jurisdictionis*

nis oriens prorſus inſanabilis eſt, & ad annos usq; triginta deduci poteſt.

4. *Diverſitas fori diverſitatem quoque rerum inducit, & diverſa ratio connexorum efficaciam tollit.*

5. *Quando Judex competens haud eſt, officium ejus quieſcit.*

6. *Idq; Ordinatione Judicii Aulici Haſſiaci firmatur.*

7. *Et ampliatur, quando Judex inferior neq; ratione perſonæ neque cauſæ competens eſſe, nec ejus jurisdictio prorogari poteſt.*

8. *In tantum ut tali caſu ejus ſententia licet appellatione haud interpoſitâ pro nullâ habeatur.*

9. *Et quamvis appellatio interpoſita deſeratur, ſententia tamen ipſo jure nulla haudquaquam in rem judicatam transeat.*

10. *Nec ullam executionem mereatur.*

11. *Quod ex citata Ordinatione porro illuſtratur.*

12. *Nullitas demum notoria, vel quæ in continenti probari poteſt, executionem ſufflaminat, fallit tamen, quando ex vitio competentiæ reſultat, quod tum authoritatibus tum rationibus firmatur.*

13. *Judex ſuperior nullitatem ex officio attendere debet, tametſi appellans remedium nullitatis haud attendaverit.*

14. *Ad Judicem, qui ſuper nullitate cognoſcit, quando cauſa etiam principalis devolvatur?*

15. *Deſertâ appellatione nullitas quoq; deſerta cenſetur, quando hæc acceſſoriè non verò principaliter intentatur.*

16. *Appellationis & nullitatis remedia quando cumulari poſſint?*

17. *Nullitatis cauſam præbens nullum inde fructum percipere poteſt, diverſum tamen obtinet in nullitate, quæ ex defectu jurisdictionis oritur.*

RESPONSUM.

Was hat Guſtavus wegen einiger Wieſen 1.) in Judicio inferiori Klage erhoben / dieſelbe 2.) biß zu erfolgter Sentenz verfolget / und da ſelbige endlich ertheilet worden / davon 3.) 1.

an das Hochfürſtl. Sambt-Hof-Gericht zu N. N. appelliret / gleichwohl aber 4.) das Fatale introducendæ dabey nicht in acht genommen / und dergeſtalt die Appellation deſert werden laſſen / nebſt deme die ſub num. 20. Actorum anliegende ſummariſche Klage 5.) nicht behöriger maſſen / ſondern nur per modum ſimplicis querelæ eingerichtet / auch wann gleich 6.) eine Nullität Ratione incompetentiæ pro parte vorgangen ſeyn ſollte / dannoch darauf ſo Geſtalten Dingen nach nicht zu reflectiren / indeme Rechtens / quod deſertâ appellatione etiam nullitas deſerta cenſeatur,

Mevius *part. 4. deciſ. 389.*

2. Uber das 7.) und Letztens die in Anſpruch genommene Wieſen ſehr nah aneinander gelegen / und als eigenthümbliche in ein Gut gehörige Stücke prætendiret worden / ſolchemnach was der Richter voriger Inſtanz hierbey geſprochen / ex capite connexitatis zu ſalviren / cum connexa dicantur, quæ ex eâdem causâ, iisdemque fundamentis in ſententiam deducuntur,

Cardinal. Tuſch. *lit. C. concl. 626. n. 15.*

connexorum autem idem eſſe judicium conſtat;

L. 3. §. 1. de contrar. judic. tutel.

præprimis cum hîc connexitas non remota ſed proxima occurat, quam ſummoperè attendendam eſſe monent Interpp.

Eſcobar. *tr. de Ratioc. cap. 13. n. 11.*
Scaccia *tr. de Appellat. quæſt. 17. limit. 21. n. 26.*

Und es dahero ſich anſehen läſſet / als wann in Puncto deſertæ Appellationis zu ſprechen / und die Sentenz an vorigen Richter ad exequendum zu remittiren ſeye.

3. Alldieweil aber 1.) die an Seiten ermeldten Guſtavi angegebener Nullität ex defectu Jurisdictionis entſpringet / indem Judex à quo auch über die in dem Fürſtenthumb N. N. gelegene Wieſen-Beſcheid zu ertheilen / ſich angemaſſet haben ſolle / talis autem nullitas reliquas omnes ſuperat & prorſus inſanabilis eſt,

Receſſ.

Receſſ. Imper. *de Ann. 1654. §. 122.*

adeò ut ſententiam ipſo jure nullam reddat;

L. 1. C. de pedan. judic.

nulloque tempore convaleſcere patiatur

Mevius *part. 1. deciſ. 100. n. 2.*

eo effectu, ut ad annos usque triginta agendo deduci & proponi poſſit;

Gail. *lib. 1. Obſ. 127. n. 8.*

Auch dahero 2.) die vom vorigen Richter ausgeſprochene Sentenz mit dem Scheine einiger Connexität keines Weges unterſtützet und verwahret werden kan / cum cauſa originaria & ſitus loci haudquaquam attendantur, quando ex iis, quæ petuntur, unum huic, alterum alii jurisdictioni ſubjacet, & ita diverſitas fori diverſitatem quoque rerum inducit, diverſa ſiquidem Ratio connexorum denominationem, vim & efficaciam oppidò tollit; 4.

Stephan. Gratian. *diſcept. for. cap. 851.*
Scoppa *Obſerv. theor. pract. 23. n. 37.*

Solchem nach 3.) dem Richter voriger Inſtanz obgelegen / vorhero wol zu ergründen / ob auch unter ſeiner Bottmäßigkeit die miteinander eingeklagte Wieſen gelegen / und er darüber zu erkennen und zu ſprechen bemächtiget geweſen / in Betracht / quod quando Judex competens haud eſt, officium ejus prorſus quieſcat, & ipſe pro privato reputetur, 5.

L. ult. de Jurisd.
Feltmann. *ibid. n. 13.*
Balduſin. *L. clarum. C. de auth. Præſtand.*

Nicht weniger 4.) mehr beſagter Guſtavus in Judicium inferius nicht verfallen / noch auch die in beyden Fürſtenthümern gelegene Wieſen daſelbſten zuſammen / ſondern etweder diejenige allein / ſo dahin gehöret / oder beyde zugleich bey mentionirten Hof-Gericht in Anſpruch nehmen 6.

nehmen ſollen / und zwar nach Anleitung der Sambt-Hof-Gerichts-Ordnung

tit. 8. §. 1.

7. Und dieſes 5.) umb ſo mehr / da Judex inferior weder Ratione Perſonæ noch auch Cauſæ competens ſeyn / und dahero deſſen Jurisdictio nimmermehr prorogiret werden können / wie gründlich zeiget

Mevius *part. 6. deciſ. 77. n. 6.*

8. Dahero 6.) deſſen Beſcheid / auch ohne einige Appellation auf einer unwürckſamen Notorietät beſtehet /

L. 1. C. quæ ſentent. ſine appell. reſcind.
Cephal. *Conſil. 263. n. 3. vol. 2.*

9. Ja da gleich 7.) darvon appelliret worden / dannoch ſolche aus Unnoth ergrieffene / und wiederumb deſert gewordene Appellation, dem an und vor ſich ſelbſten nichtigen Beſcheid einige Krafft / und die Würckung rem judicatam zu ergreiffen / zumal nicht mittheilen können / ceu in terminis terminantibus conſuluit

Brunnemann. *Conſil. ult. n. 427.*

„ Quando enim , ait ille , Sententia eſt nulla , non eſt neceſſe ut
„ appelletur , & licet interponatur Appellatio , poſtmodum au-
„ tem deſeratur , ſententia aliâs nulla per deſertionem minimè
„ confirmatur , neque in rem judicatam tranſit textu notabili in

L. 19. de appell.

10. Bey ſo bewandten Dingen 8.) ſuper deſertione in hâc causâ nicht geſprochen / noch voriger Beſcheid an Richter voriger Inſtanz ſo bloſer Dings / und ehe der Punctus nullitatis völlig ausgemacht / ad exequendum remittiret werden kan / ſententia quippe ipſo jure nulla nullam meretur & poſt ſe trahit executionem,

L. 6. §. 1. de re judic.
Gail. *lib. 1. Obſ. 113. n. 2.*

Uber

Uber das iſt 9.) in der Hof-Gerichts-Ordnung *tit. 8. §. 1.* verſe- 11.
hen / daß keine Appellation beym Hof-Gericht angenommen werden ſolle / es ſeye dann die Sache bey einer Regierung verhöret worden. Wann nun in Puncto deſertæ Appellationis geſprochen / und dardurch ex capite Appellationis die Sache angenommen zu ſeyn nachgegeben und eingeſtanden würde / ſo würde wider erſagte Ordnung gehandelt / indeme die Sache bey keiner Regierung vorhero gehöret worden.

Ungehindert daß man 10.) vorſchirmen wollte / es wäre die angege- 12.
bene Nullität noch nicht ausgemacht / und müſte es dahero bis dahin bey dem Beſcheid ſein Verbleibens haben / cùm nullitas demum notoria, vel quæ in continenti probari poteſt, executionem ſufflaminet,

Berlich. *part. 1. concluſ. 61. n. 17. & 18.*

Geſtalten dieſes einen mercklichen Abfall hat / quando nullitas ex vitio incompetentiæ reſultat, hæc enim licet ſit illiquida, tamen executioni obicem ponit, ceu accommodatè & in terminis tradit

Scaccia *dict. tr. de appell. quæſt. 19. remed. 1. concluſ. 4. n. 70. ibi: Secundus caſus eſt.*

Et idem porrò hoc verbis perſpicuis & convenientibus repetit, dum inquit: „Amplia primò hanc limitationem, ut procedat, ſi exceptio iſtius nullitatis requiret altiorem indaginem, quia ni-„ hilominus impediret executionem „

dict. q. 19. remed. 1. concl. 5. n. 44.

rationem addit n. 43. quia exceptio nullitatis ex defectu jurisdictionis proveniens negat ſententiam eſſe latam, hæc negatio autem licet ſit in facto poſita, tamen providè prius examinanda, antequam executio decernatur, cùm hæc fruſtranea ſit, ubi ſententiam latam eſſe negatur;

arg. *L. 1. & paſſim. C. de Exec. rei jud.*

Accedit, quod magnum ſequeretur abſurdum, ſi ſuper deſertione

pronunciaretur, & ſententia lata ad exequendum remitteretur, hoc ipſo enim authoritas, jurisdictio & poteſtas, quam Judex inferior in cognoſcendo & pronunciando exercuit, approbaretur, & tamen ſi nullitas propoſita deinceps deduceretur & probaretur, eam approbationem malè factam eſſe oppidò appareret, cùm ſententia à tali Judice lata retractari & pro nulla declarari deberet; ab omni autem abſurditate in omnibus diſpoſitionibus & deciſionibus ſemper eſt cavendum;

Cardin. Tuſch. *lit. A. concl. 66. princ.*
Cacheran. *Conſ. 12. n. 49.*

13. Dieſem zu Folge wird 11.) in hoc Judicio Aulico ſothane angegebene Nullität genau unterſuchet / und gedachtem Guſtavo ſolche ausfündig zu machen auferleget werden müſſen / cùm Judex ſuperior ex officio nullitatem attendere & examinare debeat, tametſi Appellans remedium nullitatis non intentaverit,

Mevius *part. 1. deciſ. 174. n. 10.*

14. Und dieweil 12.) dieſe Nullität nicht incidenter, ſondern principaliter von deßwegen zu conſideriren / alldieweil auf die ohne Noth ergriffene Appellation beſagter maſſen gar nicht zu ſehen / auch deren und der Nullität Objectum zumal nicht einerley iſt / ſo wird auch dadurch cauſa principalis ihre Erörterung in erwehntem Judicio Aulico erlangen / ad Judicem enim, qui ſuper nullitate cognoſcit, cauſa etiam principalis devolvitur, quando nullitas principaliter conſideranda & ventilanda, ita ut ſuper meritis cognoſcere, & ex novâ causâ novisque probationibus ſententiam reformare vel etiam confirmare poſſit,

L. 6. *ibi: ſuperſtitioſâ appellatione ſubmotâ ex integro inter vos cognoſcet. C. quand. provoc. non eſt neceſſ.*

L. 19. *ibi: Si quis ex hâc ſententiâ appellaverit, & præſcriptione ſive exceptione ſubmotus ſit, minimè confirmatur ex hâc præſcriptione ſententia, unde poteſt cauſa ab initio agitari. de appellat.*

Et

Et hanc ſententiam communem eſſe concluſionem cum Gailio firmat

Richter *Conſ. 51. n. 7. vol. 2.*

In tantum, ut confirmatio ſententiæ, ſi juſta deprehendatur, fieri poſſit, etiamſi ex defectu jurisdictionis nulla fuerit, ut notabiliter ampliat

Vantius *tr. de Nullit. tit. ult. n. 132.*

cùm ſic Judex inferior non ſuâ, ſed ſuperioris Judicis in utroque territorio jurisdictionem habentis authoritate eam exequatur;

L. 29. C. de appell.

Wodurch auch 13.) vorangeregtes Brocardicum limitiret wird / deſertâ enim appellatione deſerta quoque cenſetur nullitas, quando hæc acceſſoriè, non verò principaliter intentatur, ceu benè monet 15.

Mevius *part. 4. deciſ. 389. n. 6.*

Aliâs enim contrarium obtinet poriſma, appellationem & nullitatem diverſa & ſeparata eſſe remedia, & ideò uno ſublato alterum ſupereſſe.

Gail. *lib. 1. Obſ. 135. n. 4.*

Wiewohl auch 14.) ſonſten nicht unbekandt / quod appellationis & nullitatis remedia cumulari poſſint, ſo ergreiffet doch ſolches allein Platz / quando nullitas eſt ſanabilis, haud verò inſanabilis, cum poſteriori caſu appellatio prorſus non attendatur, licet fatalia lapſa fuerint, 16.

Rec. Imp. *de Anno 1654. §. 121. & 122.*

querela enim nullitatis locum adhuc invenit, quamvis fatalia appellationis elapſa ſint, ſi nempe nullitas ſit capitalis, benè ait

Eiſenhard. *tract. de Reſtit. in integr. contr. ſentent. cap. 7. n. 36. pag. 141.*

Nicht weniger iſt es zwar 14.) und beſchließlich an dem / quòd 17.

nullitatis cauſam præbens nullum inde fructum percipere poſſit;

Mevius *part. 5. deciſ. 5. n. 3.*

Einfolglich Guſtavo beyzumeſſen / daß er beym vorigen Richter Klage erhoben und darauf ſprechen laſſen / es hat aber eine andere Bewandtnus mit der jenigen Nullität / quæ ex defectu jurisdictionis oritur, als deren genaue Unterſuchung und Remedirung Judici ſuperiori von Ambts wegen zukombt / jurisdictiones enim non confundi publicè intereſt;

L. 4. C. de Jurisdict.

can. 39. cauſ. 11. quæſt. 1.

& ſeparatæ jurisdictiones ſeparatos requirunt Judices,

cap. 2. & 10. X. de for. comp.

Wohin auch elegans præjudicium zielet / welches anführet

Mevius *part. 1. obſ. 83. per tot.*

Unterdeſſen bleibet gegen offt-erſagten Guſtavum pœna arbitraria bevor / Falls er die angegebene Nullität zur Gnüge darthun und beweiſen ſollte / wie wohl erinnert

Berlich. *part. 1. concl. 61. n. 33.*

So hielte demnach dafür / daß an mehr-gedachten Guſtavum citatio von Ambts wegen dahin zu erkennen und abzulaſſen ſeye / daß er bey ermeldtem Hoff-Gericht in einem hierzu angeſetzten Termino erſcheinen / den angegebenen Defectum Jurisdictionis deduciren / und erweißlich machen / forters in der Haupt-Sache denen Rechten und der Ordnung gemäß verfahren / und des endlichen Ausſpruchs gewärtig ſeyn müſſe.

CONSI-

CONSILIUM ſeu RESPONSUM XIX.

Continentia cauſæ quonam fundamento ſubſtantialiter nitatur?

Auf was vor einen Grund die Continentia cauſæ eigentlich beſtehe?

SUMMARIA.

1. *Continentia cauſæ tum demum ſolidè judicari poteſt, quando una cum alterâ identitate fundamenti & cauſæ nititur.*
2. *Quod tamen declaratur, ut non attendi debeat cauſa remota ſed proxima: Cauſa dividendæ hereditatis nec non diviſionis reſcindendæ à læſione immodicâ unde dependeat?*
3. *Pro connexo non reputatur, licet alterius occaſione productum fuerit, quando aliam connexionis cauſam habet.*
4. *In judicio familiæ herciſcundæ tanquam mixto omnes litigantes actorum & reorum perſonas ſimul ſuſtinent, diverſum autem in actione merè perſonali obtinet.*
5. *Diviſio & reſciſſio ad diverſos fines tendunt, nec ex condemnatione unius ad condemnationem alterius inferri poteſt, quo caſu connexitas impeditur.*
6. *Pariter in cauſis demum individuis & eandem rationem habentibus, non autem ſeparabilibus, & quarum diverſa eſt ratio, locum obtinet.*
7. *Illaq; Judicium commune & cui omnes Rei ſubſunt, efflagitat.*
8. *Ordinatio Judicii Aulici Haſſiaci in conſenſum adducitur.*

RESPONSUM.

Nachdeme in der B. Sachen Ratione fundandæ Jurisdictionis 1.
vielerley Obmotiones vorfallen / ſo habe meine Gedancken hierüber gegenwärtig vorſtellen / und der Nothdurfft nach /

 pro

pro ſalvandâ Judicii authoritate & competentia begründen wollen/ ſonderlich weil adverſantiſcher Theil auf dem Wahn beſtehen will/ daß diviſio hereditatis inter coheredes defuncti B. facta tanquam cauſa principalis bey Hochfürſtl. Regierung zu N.N. vorhin vorkommen/ ſo müſte auch Punctus incidens ſeu acceſſorius reſcindendæ Transactionis ſuper hereditate illâ initæ continentiam cauſæ nach ſich ziehen/ und umb deßwillen auch dieſer in eodem Judicio vorgenommen und erörtert werden. Dannoch aber continentia cauſæ argumentum arduum zu achten/ und dahero bey ſelbigem gar leicht auf einen Abweg vorfallen werden kan/ wann nicht indeſſen viſcera gar genau penetriret wird/ als iſt Anfangs wol in Acht zu nehmen/ daß gleichwie die Generalität der Jurisprudenz ſehr nachtheilig iſt/ und der Juſtiz einen allzugroſſen Einhalt thut/ alſo auch ſpecialius zu ermeſſen ſtehe/ woher eigentlich erſagte Continentia abzumeſſen ſeye: Dieſe aber entſtehet nicht juxta opinionem vulgi à dependentiâ cauſæ principalis, ſondern vielmehr 1.) ab origine fundamento & cauſa, ita ut tum demum continentia talis ſolidè judicari poſſit, quando una cauſa cum alterâ identitate fundamenti & cauſæ nititur, wie wohl und vernünfftig errinnert

Mevius *part. 3. deciſ. 90. n. 4. & 5.*

2. Doch abermal 2.) mit der bemerckſamen Declaration, ut non attendi debeat cauſa remota, ſed proxima, ita ut licet incidens cum remotâ aliquatenus concurrat, ab eâque dependeat, non tamen hujus habeatur ratio, qando incidens cauſam proximam habet ſeparatam, & ab hâc ſolâ ortum trahit, ceu eruditè & graviter notat

Fulvius Pacianus *tract. de Probat. lib. 1. cap. 26. n. 85.*

Da nun cauſa dividendæ hereditatis dependet à jure hereditario, cauſa autem diviſionis reſcindendæ à læſione immodica ſeu ultra dimidium, ita ut hæc immediatè in reſciſſionem illam influat, jus vero hereditarium nil quicquam ad hanc faciat, ſo wird dieſe Conſideration von ſelbſten eine Einleitung ertheilen/ wie in ſpecie propoſita gar übel continentia cauſæ obmoviret werde.

Umb

Umb ſo mehr da 3.) gar nicht anzuſehen / daß ermeldtes Jus hereditarium Gelegenheit zu der Diviſion und darinnen vorgegangener übermäßiger Læſion gegeben / non enim aliquid pro connexo reputatur, licet alterius occaſione productum fuerit, quando aliam connexionis cauſam habet, ceu cum Baldo innuit 3.

Pacianus *dict. lib. 1. cap. 28. n. 37.*

Benebenſt dieſem will 4.) ratione Subjecti dergleichen Continentia ſich gar nicht zeigen / indeme in Judicio Familiæ herciſcundæ tantanquam mixto omnes litigantes actorum & reorum perſonas ſimul ſuſtinent, 4.

L. 2. §. 3. famil. herciſc.

Da hingegen in actione merè perſonali ratione læſionis ultra dimidium competente nonnulli vices actorum, cæteri verò reorum, qui læſos ſe eſſe conqueruntur, ſuſtinent;

L. 14. princ. L. 27. de Except. rei judic.

Mevius *dict. loc. n. 3.*

In welcher Abſicht auch 5.) eine Diſconvenienz ratione effectus entſtehet / und continentiam verhindert / ſicut enim diviſio & reſciſſio tanquam diſſentanea ad diverſos & contrarios fines tendunt, ita etiam ex condemnatione unius ad condemnationem alterius inferri nequit, quo caſu itidem connexitatem impediri in terminis concludit 5.

Pacianus *dict. cap. 28. n. 9.*

Aus welchem allem auch 6.) Diverſitas ratione Materiæ offenbahr wahrzunehmen / in cauſis ſiquidem demum individuis & unam eandemque rationem habentibus, non autem ſeparabilibus, & quarum diverſiſſima eſt ratio, darmit auszulangen ſtehet / wie abermal dextrè & cum judicio darthut 6.

Pacian. *cap. 26. n. 28. & cap. 28. n. 7. & 12.*

cum nihil adeò continentiæ adverſetur, quàm diverſitas rationis, quæ non patitur, ut diſpoſitum in uno extendatur ad alterum,

Surdus

Surdus *Conſ. 389. n. 9. & ſeqq.*
Hartm. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 39. n. 19.*

7. Anitzo nicht einmal 7.) zu erwehnen / quod cauſarum continentia Judicium commune, & cui omnes rei ſubſunt, efflagitet,

Carpzov. *lib. 2. Reſponſ. 18. n. 13.*

da hingegen bekannt / daß gegenwärtige Beklagte in zweyen unterſchiedlichen Territoriis ſeßhafft ſeyen.

8. Es fället auch 8.) und Letztens dieſes hierbey zu bedencken vor / daß die Klägere beſtändig vorgeben / ſie hätten bey erwehnter Regierung ſuper Puncto Læſionis ultra dimidium niemals die geringſte Klage erhoben / noch dazu die reos zu citiren angehalten / bey welcher Bewandtnus gleichwie kein Judicium, alſo auch keine Continentia geſchloſſen werden kan / hingegen da ſothane Actores beym Hochfürſtl. Sambt-Hof-Gericht ſich angemeldtet / in hoc Puncto Læſionis ultra dimidium Proceſſus extrahiret / und an die in beyden Fürſtenthümern angeſeſſene Reos citationem erhalten / nicht weniger auch dieſelbe ſich darbey ſiſtiret / ſo wird es in causâ hâc ſeparatâ billig darbey gelaſſen werden müſſen / und zwar nach Anleitung der

Hof-Gerichts-Ordnung *tit. 8. §. 1.*

CONSI-

CONSILIUM ſeu RESPONSUM XX.

DE JURE RETRACTVS, ALIENATIONE ATQVE CESSIONE REI VEL JURIS LITIGIOSI NEC NON REMISSIONE PRETII IN FRAUDEM ALTERIUS FACTA.

Vom Näher-Kauff-Veräuſſerung und Uberlaſſung eines ſtrittigen Guts oder Rechts / auch Verringerung des Kauff-Schillings einem andern zum Nachtheil.

SUMMARIA.

1. *Actiones paſſivæ non ſunt in bonis debitorum ſed ſolius Creditoris, & proinde ab illis mediante ceſſione in tertium transferri haud poſſunt.*
2. *An res litigioſa tertio cum onere vendi poſſit, disquiritur, & negativa defenditur.*
3. *Ejus quod ſemel litigioſum factum, alienatio atque ceſſio haud ſubſiſtit, quod ampliatur.*
4. *Idq́ non ſolum quoad rei verum etiam juris alienationem vel ceſſionem obtinet.*
5. *Quod diverſis rationibus firmatur.*
6. *Debitor in præjudicium Creditorum nil quicquam moliri, aut eorum petitionem tollere vel mutare poteſt.*
7. *Alienatio eſt ipſo jure nulla, ſi propter dolum adverſarii Actor diverſis judiciis fatigari debeat, licet alter ignoranter rem litigioſam emerit.*
8. *Quando remiſſio pretii inſtar alicujus donationis à Venditore fieri ſolet, hæc in fraudem alterius facta præſumitur, quod ad præſentem caſum applicatur.*
9. *Si Venditor partem pretii donet vel remittat, remiſſio hæc non*

juvat retrahentem.

10. *Quod per ſe vitioſum eſt partem alterius conſtituere nequit.*

11. *Pignus re propriâ ſubſiſtere nequit.*

12. *Ceſſio juris paſſivi & litigioſi uti Creditori haud præjudicat, ita etiam jus per transactionem Creditori quæſitum perpetuam inſtar rei judicatæ authoritatem retinet.*

13. *Exceptiones inutiles haudquaquam admittendæ, neq; illi indulgendum, qui exceptionem ratione actus legibus prohibiti objicere molitur.*

14. *Illicita ac prohibita haudquaquam approbari cenſentur, nec renunciationis capitur præſumptio, niſi evidentiſſimis probationibus demonſtretur.*

15. *Delegationis quænam ſint requiſita?*

QVAESTIO.

OB Herꝛn Hectori frey bleibe / ſeine gegen die Sigismundiſche Erben habende Rechtmäßige Prætenſion ferner zu proſequiren und ausfündig zu machen / im Fall dieſelbe ihr Antheil Gütter an einen Tertium zu verkauffen / ſothanen Kauff aber beſagter Herꝛ Hector viâ Retractus wiederumb zu invalidiren und zu reſcindiren gemeynet wären / oder ob hingegen deſſen Prætenſion an berührte Erben eben hierdurch unterbrochen und aufgehoben würde / dafern gegen den etwa vorkommenden Kauff man ſich des Juris Retractus zu gebrauchen gemeynet ſeyn ſollte?

RESPONSUM.

DJeſe mir vorgeſtellte Frage mit Beſtand zu entledigen / ſo iſt es an deme / daß ob gleich Herꝛ Hector begebenden Falls vermittelſt des ihme als einem nahen Angewandten ſo wohl / als auch Condomino zukommenden Retracts ſich zu proſpiciren intendirte / dannoch hierdurch deren Prætenſion ſo wenig einigen Anſtoß leide / als vielmehr deſſen ohngeachtet ſolche allerdings in ſalvo bleibe / und gegen

gen die Sigismundiſche Erben nach wie vor fort- und ausgeführet werden könne.

Und dieſes aus nachfolgenden Urſachen und Gründen. Indem 1.) des Herrn Hectoris Prætenſion wie gegen die Sigismundiſche Frau Wittib bey deren Leb-Zeiten / ſo auch gegen deren Succeſſores dergeſtalt gegründet iſt / daß ſie ſich davon / als actione quâdam paſſivâ anderer Geſtalt nicht / als durch eine rechtmäßige Satisfaction loszuwürcken / vermögen. Nun iſt aber ausfündigen Rechtens / quod actiones paſſivæ, uti Interpp. loquuntur, non ſint in bonis dictorum heredum tanquam debitorum, ſed ſolius Creditoris, & proinde ab illis mediante ceſſione in tertium transferri poſſint, ceu in terminis terminantibus tradit 1.

Alphonſus de Olea *tract. de Ceſſion. Jur. & act. tit. 3. quæſt. 9. num. 8.*

Dann ob gleich 2.) einige Rechts-Lehrer in der Meynung ſtehen / es könte von einem Debitore einem andern ein Gut mit dem Onere verkauffet worden / daß dieſer davon die etwa ſich hervor thuende und daran einigen Anſpruch machende Creditores befriedigen ſollte / ſo behaupten doch andere denen Rechten ähnlicher zu ſeyn / daß in Mächten eines Debitoris ſolcher Geſtalt denen Creditoribus einiges Præjudiz zuzuziehen / zumahl nicht ſtehe / ſondern dieſem nichts deſtoweniger zukomme / jenen zu behöriger Præſtation desjenigen / womit er verhafftet / mit allem Ernſt anſtrengen zu laſſen / wie abermal wohl urtheilet 2.

Olea *dict. loc. n. 23. in fin.*

Deme 3.) des mehreren beyſchlägt / daß mehrgedachter Herr Hector gegen vor erwehnte Sigismundiſche Frau Wittib allſchon bey Leb-Zeiten Klage erhoben / und dieſe ſeine Prætenſion ernſtlich zu pouſsiren ſich angelegen ſeyn laſſen / plusquam autem in aperto eſt ejus, quod ſemel litigioſum factum, alienationem atque ceſſionem haud ſubſiſtere, 3.

L. 1. & t. t. C. de Litigioſ.

adeò ut non obſtante ceſſione, ſi quæ contra locum prohibitionem

nem facta, lis cum eo, qui nulliter cedere attentavit, liberè pertractari poſſit, ut benè loquitur

Brunnemann. *ad L. 2. C. princ. dict. tit.*

4. Und dieſer Rechts-Satz ergreiffet 4.) nicht allein quoad rei, verum etiam Juris ceſſionem vel alienationem ohnſtreitig Platz / in tantum, ut nec lis & inſtantia, neque etiam ulla utilitas in prætenſum ceſſionarium transeat, licet quoque juris quæſiti ceſſio ſeu actiones active ſubſint.

Alphonſus de Olea *dict. lib. 3. quæſt. 10. n. 3. & 17.*

multò minus ergò, ſi de paſſivâ actione quæſtio verſetur, cum id quod noſtrum non eſt, non ſine facto noſtro in alium transferri poſſit,

L. 11. de R. J.

